

incursion inopportune (p. 72). — L'abbaye des Sœurs de Thron est sécularisée par l'évêque et ses biens sont incorporés à la mense épiscopale ; le prélat de Rommersdorf, qui avait pris auparavant ces sœurs sous sa protection, reste indifférente à cette sécularisation (p. 76).

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

*Commentarii Ignatiani. 1556-1956.* Pp. 615. Ed. : Institutum Historicum S. I., Roma.

S. Ignatius, fundator Soc. Iesu, sanctam mortem obiit, die 31 Iulii 1556. Anno praesenti 1956 proinde, anniversarius quater saecularis huius sancti obitus celebratur. Hac occasione, periodicum editum ab Instituto Historico S. I., cui inscriptio : Archivum Historicum Societatis Iesu (annus 1956 est annus XXV collectionis), in integro fasciculo 49, Sanctum Ignatium ob oculis ponit. Et quidem vario sub respectu. In prima parte, agitur de Sancti Ignatii vita et actis ; in secunda parte, de Sancti Ignatii scriptis et doctrinis.

Magis in specie agitur : 1. De antecedentibus ipsius sancti ; 2. De eius vita ; 3. De fama postuma ; 4. De fontibus e quibus doctrina genuina Sancti Ignatii haurienda est ; 5. De Exercitiis spiritualibus ; 6. De Constitutionibus Societatis.

Non vacat triginta illas varias elucubrationes in hoc volumine congestas ex ordine enumerare et describere. Permaxima pars harum conscripta fuit a Sodalibus Societatis a Sancto Ignatio olim fundato, inter quos P. de Leturia, bon. mem., et P. Battlori, P. Tacchi Venturi, P. de Gaiffier, H. Rahner, Larranaga, Pinard de la Boullaye, de Aldama, etc. Etiam Praefectus Bibliothecae Vaticanae, Dom Albareda, collaboravit huic inquisitionum collectioni, docte et erudite scribens de ratione qua oratio methodica ab abbate de Cisneros in abbatiam Montis Serrati introducta et ordinata fuerit. Qui de meditatione methodica scite loqui aut scribere vellent, in hac expositione permulta utilia invenire possunt.

Iuxta consuetudinem iam diu stabilitam in omnibus quae eduntur ab Instituto Romano Historico Societatis Iesu, Commentarii isti Ignatiani eminent gravitate simul et expositione stricte obiectiva qua ea quae ad vitam et scripta Ordinis Fundatoris directe spectant, proponi debent.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

H. WOLTERS, S. J., *Ordericus Vitalis. Ein Beitrag zur kluniazensischen Geschichtsschreibung.* VIII + 252 S. Ed. : Fr. Steiner, Wiesbaden. Pr. : 18 Mk.

Od. Vitalis, moine célèbre de St.-Evroul, en Normandie, vint au monde en Angleterre. Son père l'envoie, en jeune âge encore, à l'abbaye de Saint-Evroul, comme oblat. Cette abbaye était, à cette